UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 141. Eugenii Papæ elogium de Cardinalatus dignitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

Secul. XV.
A. C. 1440.

tiæ prærogativæ injuriam inferre voluiſſe; id enim ipſus profitebatur, nec id Eugenius negabat, cenſebat tamen, nullum inde Cantuarienſis Eccleſiæ, quam præcellere putabat, juribus præjudicium eſſe irrogandum.

§. CXLI.

Eugenii elogium de Cardinalatus dignitate.

Nihilominus Eugenius has literas eo fine publicaſſe videtur, ut opportune Cardinalium præeminentiam amplius laudibus efferret. Muneris hujus originem ex ipſo veteri Teſtamento repetebat, ac dignitatem illam Archiepiſcopali præferendam declarabat, *quia* ajebat, *illa unam duntaxat regit Eccleſiam*, *iſta cum Sede Apoſtolica univerſas.*

§. CXLII.

Vitelleſcus Cardinalatu ab Eugenio exutus.

Blond. 3. *Dec.* 9. 10. 11.

Antonin. tit 22. *cap.* 11.

Interim Eugenius non minus erat magnificus dignitatis Cardinalitiæ defenſor, quam ſeverus vindex adverſus eos, qui criminum maculis eandem fœdare non erubuerunt; ipſo enim hoc anno graviter animadvertit in Cardinalem Vitelleſcum Patriarcham Aquileienſem. Is

erat